patri fore crederent. Nam et epistula prolata est
quasi ad castelli praepositum ab alexandro et aristo
bolo data. ut occiso rege confugiendi sibi potestatem
faceret donec se armis aduersum insectatores
munirent ceterisq. subsidiis defensionem pararent.
Excruciatus castelli praepositus et nihil fatetur.
Nihilominus tamen haut nullis affecta sceleris
indiciis extant aliquasi rei alexander et aristobolus
dantur custodiae. eurycles quinquaginta donatus
talentis. auctor salutis ac uitae habetur.
Dignum est nec silere qui euryclí tempore in iudaea
transmiserat fidissimus amicorum alexandri
quem rex quasi consocium temtamentorum illius
interrogandum putauit. utrumnam uero con
struerent quae sparthiates de adulescentib.
intimauisset. uerum ille nihil se de illis quicquam
eiusmodi cognouisse sacramento interpositos de
fecit. sed adulescentib. nihil profuit. atque eam ratio
nem depulit ne minueret delationis inuidiam. ut
euacuaretur euryclí fraudulentiam. sitaeuenus
interrogatus negaret quasi indignus igitur cui
crederetur ab herode excluditur. bonus enim pater
accusari filios libenter audiebat non sinebat
defendi delectabatur cum appeterentur offen
debatur si purgarentur denique sparthiates di
tatus regalib. praemiis. ubi tamen acheclamauisse
calumniarum praemium luit
Salome cum purgare se se nequiret quod syllaeo
arabi pepigisset nuptias ubi generi secretum pro
didit monentis ut consuleret sibi quo fratris com
motionem euaderet eo quod spe futurae coniunc
tionis consilia regis sarabis annuntiare suspecta
accersitur. defelicata gratiam meruit et omnem
saeuitiae regalis in adulescentes procellam in
torsit quod ultimo atq. ineuitabili naufragio de
mersi poenas dederunt